

# Die Urkunden Karls des Großen, 69

(C.) Carolus gratia dei rex Francorum vir inluster omnibus fidelibus nostris tam praesentibus quam et futuris. Rectum est, [ut] regalis potestas illis tuicionem imperciat, quorum necessitas conprobatur. Igitur conperiat magnitudo seu industria vestra, quod nos Arnaldum presbiterum propter malorum hominum inlicetas infestaciones sub nostro mundeburde vel defensione visi fuimus recipisse, quatenus diebus vite sue cum omnibus rebus vel hominibus suis, qui per eum legibus sperare noscuntur, sub nostram tuicionem debeat quietus vivere vel resedere. Propterea has litteras nostras ei dedimus, per quas omnino iubemus, ut neque vos nequae iunioris aut successoresque vestri ipso Arnaldo presbitero inquietare nec contra rationis ordine facere non presumatis; sed liceat eum cum omnibus rebus vel hominibus suis, ut diximus, sub nostro mundoburdo vel defensione quietum vivere vel resedere. Et si aliquas causas adversus ipso Arnaldo presbitero seu mitio et hominis, qui per ipsum sperare noscuntur, surrexerint aut ortas fuerint, quas in pago diffinire non potueritis, usque ante nos sint suspensas vel reservatas, quatenus ibidem secundum legem finitivam accipient sentenciam. Et ut has litteras firmioris sint, de anolo nostro subter sigillavimus.

(C.) Hitherius recognovi et (SR. NT.: Hitherius subscrispsi). (SI. 1.)

Data tercio nonas iulias anno quarto regni nostri; actum Brocmagad palacio.